



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 38. Hic Ordo a summo Pontifice penitus suppressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

fitum esse ablegandum, atque ab eo, quod omnem reformationis normam pro Pontificis arbitrio acceptare paratus fit, illi promittendum, hancque in rem ab ipsa etiam urbe ad Papam literas esse dandas, quibus etiam suas jungeret Sanctus Archiepiscopus, facta summo Pontifici fide, quod hi Religiosi sine ulla repugnantia ad recipienda strictioris disciplinæ præcepta sese promptissimos exhiberent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1570.

§. XXXVIII.

*Hic Ordo a summo Pontifice penitus suppressus.*

Generalis Præpositus Romam delatus ad Pii V. Pontificis pedes pro tra-  
tus est, ac ibidem lacrimis ubertim pro-  
fusis eidem Cardinalis, urbisque lite-  
ras porrexit, supplex, ut erga ipsius Or-  
dinem clementia uteretur, facta spe,  
quod imposterum unaomnes sincere, ac  
constanter ad Instituti sui præscripta  
mores suos componere velint. Verum  
Pius V. flecti nescius eidem hæc respon-  
dit: „criminis a tuo Ordine commissi  
„atrocitas, atque exigua emendationis  
„vitæ spes, quam tui Religiosi reliquam  
„faciunt, indulgenter vobiscum agere  
„prohibent, hinc decreta est vestri Or-  
„dinis extinctio.., Itaque firmus in suo  
proposito Pontifex pluribus dilaudata

Giuff. l. c.  
Ciacon. p.

894. i

Thu. l. 50.

Bullar. t. 2.

Constit. 119.

Pii V. fol.

168.

N n 5                    Sancti

**Sæcul. XVI.** Sancti Cardinalis charitate, ac Mediolanensem pietate. Sacrum Purpuratorum Senatum habuit, suaque auctoritate Apostolica Humiliatorum Ordinem penitus suppressit. Tum hic Ordo, qui olim nonaginta quatuor Monasteria recensebat, nonnisi centum septuaginta quatuor Religiosos complectebatur, plures enim erant Præposituræ, quarum cunctis proventibus solus Præpositus fruebatur. Perficiebatur hæc extirpatio bino diplomate, quorum unum septima, alterum octava Februarii die anno sequenti millesimo quingentesimo septuagesimo primo promulgabatur.

### §. XXXIX-

*Monasteria, atque horum Religiosorum redditus in alios usus impensi.*

**Giuſſ. c. 27.** Postea præcepit summus Pontifex, ut Generalis Præpositus, Superiores, totusque Ordo penitus abolerentur, illi vero centum septuaginta quatuor Religiosi, qui supererant, ad ædes ipsas assignatas sese reciperent, ibidemque sub Ordinariorum jurisdictione vitam instituto suo consonam ducerent, Novitii autem e monasteriis dimitterentur: professis denique Senioribus, ne quempiam in posterum ad suum Ordinem reciperent, inhibuit, ac beneficia distribuendi jus sibi reservavit: pol-

quam